Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



3

ubiq; exterminatio diaboli · & omnium contubernaliū
eius p eum qui uiuit · ℣ ALIA.
Omnīps sempt̄ ds̄ qui hodierna die unigenitum tuū
ulnis sci symeonis intemplo sco tuo suscipiendum p̄
sentasti · tuam supplices deprecamur clementiā ut hascan
delas quas nos famuli tui intui nominis magnificen
tia suscipientes gestare cupimus · luce accensas bene
dicere & sciificare atq; lumine supne benedictionis
accendere digneris · quatenus eas tibi dno do nro offe
rendo digni & sco igne tue dulcissime caritatis suc
censi intemplo sco gle tue repsentari mereamur. ℣.
Dne ihu xpe · lux uera qui illuminas omnem hominem
uenientem in hunc mundum · effunde benedictionem
tuam suphos cereos & sciifica eos lumine gre tue conce
de ppetuus · ut sicut hec luminaria igne uisibili ac
censa nocturnas depellunt tenebras · ita corda nra
in uisibili igne id est spe sci splendore illustrata omniū
uiciorū cecitate careant ut purgato mentis oculo ea
cernere possimus que tibi placita sunt & nre saluti
sunt utilia quatenus post hui seculi caliginosa discrimi
na ad lucem indeficientem puenire mereamur. ℣ te ihu
xpe saluator mundi qui in trinitate pfecta uiuis &
regnas ds. ℣ PREFATIO. Dns uobisc. Sur
sum corda. Gras agamus dno deo nro. ℟ Dignum & iust.
Nos tibi omnipotenti rerumq; omnium creatori laudes